



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R.P. Thomæ Młodzianowski, Poloni, Societatis Jesu,
Prælectionum Theologicarum Tomus ...**

De Deo, Angelis Et Actibus Humanis

Młodzianowski, Tomasz

Moguntiae, 1682

Quæstio II. An Attributa virtualiter distinguantur in Deo?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82949](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82949)

Quæ opposita sunt ad doctrinam Recupiti-
sationem hanc habent. Naturæ rerum &
Essentiæ physice spectatæ non dependent à no-
stro intellectu, naturæ autem & Essentiæ rerum
metaphysice spectatæ & abstractæ non depen-
dent à nostro intellectu, subdistinguo; Non de-
pendent quoad statum, communitatem, depu-
tationem à differentiis, & ut ita dicam, quoad
eductionem ab imbibitione cum aliis formalita-
tibus; Nego: Non dependent quoad esse fun-
damentale illarum præcisionum, seu connexio-
nem prædicatorum; Concedo. Quando au-
tem dicitur, responsionem hanc imaginatione la-
porare, quod ly à parte rei sumat pro eo, quod
est entitativè & realiter, id non convincit, neq;
estim ex suppositione huius distinctionis, prædi-
cta argumenta solvimus, sed hoc inculcatum vo-
lumus, quod dicta sententia: Ly ex vi Essentiæ
est sic, & tamen nemine cogitante, item ly obje-
ctum, quod sic ex vi abstractionis cum eo, quod
non est ex vi abstractionis, confundat.

ADDO. Si quis non ex eo deduceret dis-
tinctionem Scotisticam, quia datur v. g. conce-
ptus Essentiæ, ex vi suæ Essentiæ, nemine cogi-
tante, actu distinctus, ab altera v. g. Essentiæ vel
prædicato relativo. Si quis item non diceret,
nemine cogitante distincta esse Deum & Deita-
tem &c. admitteretque eam distinctionem non
in creatis, non inter prædicata absoluta in divinis
inter se comparata, sed inter prædicata absoluta
& relativa tuereturque illam, ita ut nos solemus
defendere distinctionem virtuales, tantum in-
super ostendendo, ex natura rei, actuale, non vir-
tuale verificativum harum v. g. propositionum.
Natura communicatur, Paternitas non commu-
nicatur, agere convinceretur, de quo infra, ubi
de Diversitate Sententiæ nostræ, à Scotistica.

QUÆSTIO II.

An Attributa distinguantur virtualiter
in DEO?

AGITAM multis hac tempestate quæstio-
nem, & à nobis in Tractatu de Distinctione
tribus discussam, iteratò hic stabiliemus.

Dixi in Logica, Distinctionem virtuales
non esse Distinctionem aliquam potentialem,
nec rectè explicari aut per convenientiam præ-
dicatorum contrariorum, aut per virtutem pro-
ductivam diversorum effectuum; Sed potiùs ex-
plicari debere, per æquivalentiam unius ejus-
demque indivisæ Entitatis, ad aliqua plura seor-
sum reperiabilia.

Dixi rursus in processu, duplicem cogitari
posse Distinctionem virtuales, quandam in or-
dine ad prædicata primo intentionalia, & physi-
ca, qualia sunt produci, non produci, communi-
cari, non communicari; Aliam autem distinc-
tionem virtuales cogitari posse in ordine ad præ-
dicata secundò intentionalia, ut cognosci, non

cognosci, præscindi, non præscindi. Utraque
hæc Distinctio reperitur in Deo. Stat autem
distinctio virtualis in ordine ad prædicata physi-
ca in hoc, ut sint aliqua idem realiter; & tamen
unum prædicatum physicum conveniat uni,
quod ne in sensu quidem reali & materiali com-
perit alteri; v. g. nemine cogitante realiter pro-
ducitur filiatio, & non producitur realiter natu-
ra, illi identificata. Distinctio autem virtualis
in ordine ad prædicata secundò intentionalia
stat, in posse unum nosci, non noscendo aliud,
illi identificatum realiter.

Dixi utramque hanc distinctionem repe-
riri in Deo, sed non in omnibus prædicatis. Nam
non puto distinctionem virtuales quoad prædi-
cata physica reperiri inter Attributa absoluta,
comparata inter se, & Essentiæ; Quis enim pu-
tet quod realiter misericordia non sit principi-
um puniendi? & quis articulus fidei, ad hoc te-
nendum urget? Indubitatè ergo reperitur (pro-
pter inferius dicenda) inter naturam & perso-
nalitates, illisque annexa: Ratio est. Quia de
fide est realiter communicari naturam, identi-
ficatam autem illi paternitatem non communi-
cari realiter.

Quod autem attinet ad creata, Distinctio
virtualis in ordine ad prædicata physica non da-
tur in illis: Quia alias daretur in illis mysterium
Trinitatis: Datur autem in ordine ad prædicata
intentionalia: Quia datur æquivalentia unius
ejusdemque Entitatis, ad plura seorsum reperi-
bilia; Hoc est v. g. ad Intellectivum Angeli, & ad
vivens sensitivum, bruti.

DICES I. Si datur Distinctio virtualis in
ordine ad prædicata intentionalia hoc ipso dabi-
tur in ordine ad prædicata physica: Quia si po-
test cognosci animalitas non cognita rationali-
tate; Hoc ipso animalitas diceret aptitudinem
physicam ad terminandam cognitionem illam,
diceret respectum transcendentalem ad talem
cognitionem, specificaretque eandem.

RESPONDETUR. Diceret aptitudinem,
quam aptitudinem in sensu reali seu materiali
non dicat etiam rationalitas. Nego, quam dicat
Conceptus: Jam autem ad Distinctionem virtuales
physicam est necesse, ut quod convenit uni ex
identificatis, ne in sensu quidem reali, conveniat
alteri.

Neque valet, si dicas. Id dicit aptitudi-
nem ad cognosci, quod postea cognoscitur, at
cognoscitur animalitas sola; Non inquam valet,
si id dicas. Quia id quidem dicit aptitudinem,
quod cognoscitur: Sed nego, quod dicat aptitu-
dinem, quæ in sensu reali non competat etiam
alteri formalitati. Deinde hæc aptitudo inde-
pendenter à nostris conceptibus nihil aliud est,
nisi ipsamet Entitas, cum ergo in ipsa Entitate
non probes multipliciter; Nec in aptitudine
probabis. Denique hæc ipsa aptitudo est qui-
dem physica, sed non ad aliquid physicum, sed

R. P.
J. H. MŁOD
ZIANOWSKI
Tom I. K. Z.
D. VI
S

ad aliquid intentionale. Cum ergo aptitudo fundans distinctionem virtuale, quoad prædicata primò intentionalia, debeat esse ad aliquid non intentionale, sed physicum, fit, ut illa aptitudo non arguat distinctionem prædictam.

ADDI posset, quod illa aptitudo nihil aliud sit nisi eadem indivisibilis capacitas duorum respectuum; Quæ capacitas non fundat in ipso recto diversitatem, sed in obliquo; & tamen distinctio virtualis quoad prædicata primò intentionalia est distinctio, seu continentia eminentialis distinctionis in recto.

DICES 2. Si concedas verificari de re aliqua creata simplicissima prædicata contradictoria intentionalia debetis concedere & physica: Quia oppositio contradictoriorum non suscipit magis & minus.

RESPOND. Retorquendo Argumentum quia ita arguens tenet præcisiones objectivas in creatis, beneficio distinctionis ex natura rei, adeoque in ordine ad cognosci, & non cognosci: Cur ergo non tenebit in ordine ad produci, & non produci; Cum hæc æque contradictoria sint. Rursus concedi posset totum: Nam nos non ponimus simplicissimam entitatem, quæ scilicet excludit etiam multipliciter virtutalem. Item concedo, quod cognosci & non cognosci respectu ejusdem formalitatis æque sint contradictoria, atque produci & non produci, sed nego respectu unius ejusdemque formalitatis fore verificandum illud cognosci, & illud non cognosci.

Denique per arguentem debent agnosci aliqua prædicata, quæ nec indivinis quidem possint salvari per virtualitatem; & tamen sunt aliqua quæ salvari possint.

DICES 3. Imperceptibile est, quomodo indivisibile punctum tangatur secundum se totum, & non tangatur: Quomodo ergo indivisibilis Entitas poterit nosci & non nosci?

RESPOND. Retorquendo argumentum ut supra. Item Concedendo totum, ut supra. Denique dici posset, si idem punctum tangere & non tangeretur, hoc ipso daretur distinctio virtualis in ordine ad prædicata physica, & primò intentionalia, inveheturque Mystrium Trinitatis in creatis, quod non sequetur, si eadem Entitas ratione diversarum formalitatum noscatur, & non noscatur; Præcipue verò, cum multa intellectus possit, ad quæ se non extendit physicum tangere non tangere, produci non produci. Quanquam Oviedo in materia de compositione Continui, dicit unum idemque indivisibile alio latere respicere Orientem, alio Occidentem.

INSTABIS. Dum aliqua indivisibilis Entitas cognoscitur creata, vel cognoscitur tota, vel non? Si tota, implicat illam non cognosci totam; Si non tota, ergo non est indivisibilis.

RESPOND. Retorq. argumentum de præ-

cisionibus objectivis, in Divinis & in Creatis ex beneficio distinctionis Scotisticae admittis: Sicut ergo tunc inadæquate illud totum cognoscitur, estque physicè indivisibile, non virtualiter, ita & in præsentia.

Distinctio virtualis à nobis non nisi in Divinis concessa, à Neotericis appellatur distinctio virtualis intrinseca; Concessa autem in creatis, vocatur virtualis extrinseca. Negata autem in creatis distinctio virtualis intrinseca, debet intelligi quoad prædicata eidem non replicatae Entitati convenientia in Divinis: Nam non replicatur natura Divina in personis posita autem replicatione (quæ per nos non potest esse sine reproductione ejusdem Entitatis) possent aliqua contradictoria prædicata convenire eidem in re indivisibili Entitati multiplici reproductæ: Nam potest in uno loco frigeri, vivere &c. in alio loco non frigeri, non vivere: Sicut in Eucharistia in uno loco definit esse Christus D, in alio non definit.

DIFFICULTAS I.

*Solutio Objectionum contra allatam
explicationem Distinctionis Virtualis.*

Magno paratu argumentorum Quiriosim-pugnat propositam à nobis explicationem; In compendium redigenda erunt. Sit

Punctum Difficultatis I.

Solvitur Obsectio primaria.

OBICIT 1. Quirios d. 15. num. 46. Omnis perfectio distinguitur realiter ab ea, de qua absolute negatur. Sed admittit hac distinctione virtuali, aliqua perfectio Divina posset absolute ex parte objecti seu independenter ab Intellectu, negari de alia. Ergo distingueretur realiter ab illa. Major probatur: Tum, quia implicat, quod res realiter sit, de qua verificatur absolute independenter ab Intellectu: Non est. Tum, quia necessariò habet identitatem cum volitione, de quo verificatur: Est volitio v.g. id, de quo verificatur; Non est volitio. Tum, quia fingi separari v.g. volitionem ab Intellectione, destruique utriusque identitatem, quo alio modo id accidet: Quam per ly non est volitio; & tamen idem ly non est, verificatur posita distinctione virtuali. Tum, quia si stat realiter, & in eodem sensu esse volitionem, & non esse volitionem. Ergo stabit etiam, quod ly idem cum volitione sit affirmabile & negabile; Ita ut verum sit dicere: Intellectio est idem cum Volitione, & intellectio non

non est idem cum volitione. Tum, quia ex eo
solum colligitur filiationem distingui realiter
a paternitate: Quia ex parte Objecti indepen-
dentem ab intellectu, filiationem non est paternitas,
ergo omnis perfectio distinguitur realiter ab
eo, de qua absolute ex parte objecti negatur.
Tum, quia produci a parte rei, & independen-
ter ab intellectu facit filium realiter productum,
& hinc realiter distinctum; Ergo non esse a par-
te rei facit realiter negatum, & hinc realiter
distinctum? Etenim ex se non requiritur prior
distinctio, ad principiandum aliud, quam ad non
essendum aliud. Tum, qui negatio est distin-
ctio praedicati negati, ergo negatio actu, est di-
stinctio actu; Sed distinctio actu independentem
ab intellectu est distinctio realis; Sicut homo
existens independentem ab intellectu, est homo
realis; Neque datur medium inter Ens reale, &
rationis; Ergo neque inter distinctionem rea-
lem, & rationis. Tum, quia Unum non distin-
gitur ab Ente; Ergo sicut est realiter Ens, quod
independentem ab intellectu existit; Ita erit rea-
liter unum, quod independentem ab intellectu
unum, seu indivisum est: Ergo est contra, quod in-
dependentem ab intellectu est divisum seu ne-
gatum, erit multiplex realiter. Et universaliter,
quod evenit independentem ab intellectu,
dicitur realiter evenire.

Minor principalis, nempe, quod admissa
Distinctione virtuali, aliqua perfectio Divina
posset actu absolute ex parte Objecti, seu inde-
pendentem ab intellectu negari de alia, sic pro-
batur. Tum, quia id exigit definitio Distinctionis
virtualis. Tum, quia non potest v. g. ratio
principii de voluntate negari, idque ex parte
Objecti, nisi actu & formaliter: Nihil enim est a
parte rei, nisi actu & formaliter. Tum, quia sic
affirmatio non solum est virtualis, sed actualis
ergo & negatio. Tum, quia si de volitione
non potest dici: Non est formaliter, quia est for-
maliter: Nam a parte rei, Quodlibet est, vel non
est. Ergo volitio formaliter & actu, est v. g.
principium verbi: Quid ergo deficiet, si ne sit
etiam virtualiter principium.

Punctus totius difficultatis argumenti in
hoc est. Cum actu verificentur illic nemine cogi-
tante duo contradictoria praedicata, quare illa
non inferant distinctionem realem actualem.

RESPONDERI posset I. Retorquendo ar-
gumentum, quia scilicet posita Distinctione vir-
tuali ob realem distinctionem in tertio, qualem
admittit Quirós, nihil illis formalitatibus deef-
cit, quo minus inter se distinguantur realiter
simpliciter; S quidem nemine cogitante dare
ne verificatio contradictoriorum.

RESPONDERI posset II. Duplicem esse ne-
gationem unius perfectionis de alia, quandam
quae negat ipsum esse secundum absolutam ra-
tionem essendi, & aliam negationem, quae ne-
gat non absolutam rationem essendi, sed talem

& restrictam: Negatio quae tollit ipsum esse ab-
solutum essendi, infert inevitabiliter pro quavis
suppositione distinctionem realem; Sed nega-
tio quae tollit rationem talem, & restrictam es-
sendi universaliter non infert distinctionem rea-
lem absolutam. Disparitas est, quia nulla di-
stinctio virtualis datur, etiam explicabilis per
distinctionem realem in tertio, in ordine ad es-
se, & non esse, secundum absolutam rationem
essendi; quae tamen datur ad salvanda contra-
dictoria procedentia de tali esse. Quod ipsum
ulterius in hoc fundatur: quia absoluta ratio es-
sendi, hoc ipso quia talis est, indivisibilitatem
dicit formalitatum; Si dicit indivisibilitatem
formalitatum, dicit negationem fundamenti,
ut diverso respectu verificetur affirmatio, diver-
so negatio; Si autem diverso respectu verificari
non poterit negatio, diverso affirmatio, debet
esse non nisi unum verum, consequenter utra-
que pars contradictionis non verificabitur;
Si autem procedat contradictio de esse jam
restricto, poterit inveniri duplex formalitas,
una v. g. salvans affirmationem, alia negatio-
nem. Quia verò distinctio virtualis à nobis
concessa procedit non de esse aliquo absolute
ut sic, sed de tali esse, hinc verificatio contradi-
ctoriorum per illam, salvari poterit, secundum
diversas formalitates, & non invehere distin-
ctionem realem actualem. Sed universaliter
insuper.

RESPONDETUR 3. eidem Argumento:
Negando Majorem: Vel stando in principio;
Distingui debet, scilicet Omnem Perfectionem
distingui realiter ab alia, de qua absolute nega-
tur, si negatio sit virtualis, & beneficio virtualis
alietatis fiat. Nego. Si negatio fiat beneficio ac-
tualis alietatis, concedo Majorem; Non impli-
cat autem beneficio virtualis alietatis, unum ne-
gari virtualiter de alio. Quid autem illi desit,
ne sit distinctio realis? infra dicetur.

Eadem Major cum sua probatione sic ali-
ter distingui debet, quod scilicet implicet, quod
res sit aliquid aliud, de qua verificatur, quod non
sit illud, de qua inquam verificatur eodem mo-
do, seu proportionaliter quod non sit. Conc. si
verificetur diverso modo & non proportionaliter.
Nego. Et ita v. g. de natura Divina veri-
ficatur, quod sit realiter paternitas; Nec potest
negari, quod non sit realiter paternitas, alias
de illa idem, eodem modo, & ratione ejus-
dem, negaretur & affirmaretur: Sed posito,
quod sit idem realiter cum paternitate, potest
negari, quod sit idem virtualiter: Ubi affirma-
tio verificatur ratione realitatis simpliciter,
& negatio procedit de virtualitate. Quod
autem dicit, deductam esse illic consequenti-
am à negatione superioris ad inferius, id imme-
rito dicit; Sed est deducta à negatione unius
speciei, ad negationem alius speciei, & est con-
similis huic, substantia quae est lapis, non est ra-
tionalis,

R. P.
J. H. MŁOD
ZIANOWSKI
Tbm. de Z.
D. VI

tionalis, ergo neque substantia quæ est homo, est rationalis: Sicut enim rationalitatem substantiæ dicit lapis, & homo; Ita talitatem negationis & affirmationis, sibi debitam, dicit distinctio virtualis, & aliam sibi debitam, distinctio realis.

Secundæ probationi eodem modo distinguitur Consequens; Non habet identitatem realem cum eo voluntas, de quo verificatur non est volitio, negatione negante identitatem physicam. Concedo Conseq. non habet identitatem realem Voluntas cum eo, de quo verificatur: Non est volitio virtualiter. Nego Conseq. Quamquam si spectetur merè mens Patrum, non distinguuntur volitio & intellectio virtualiter intrinsecè, ut infra dicitur. Cæterum intellectio posset esse & realiter volitio, & simul non esse volitio virtualiter, si quis hæc, distincta teneret. Illa autem quæ adferuntur de filiatione comparata ad paternitatem, non convincunt: Nani concessio Antecedente; Distinguitur, ut ante, Consequens, quod sc. omnis perfectio distinguatur ab ea, de qua absolute negatur quoad identitatem realem physicam; Sed non est necesse ut ab ea distinguatur absolute, de qua negatur, quoad identitatem virtuales. Sequenti probationi conceditur primum Entymema. Subsumptum distinguitur, sed distinctio actu quoad esse physicum, & negatio identitatis physice est distinctio realis. Concedo, sed distinctio actu, orta ex negatione virtualis identitatis, est distinctio realis. Nego subsumptum. Quod autem dicit; Non dari medium inter Ens reale & rationis, id proponenti pluribus locis solvendum venit v. g. admittendo modos. Directè autem dici potest, quod Ens reale physice idem, & Ens rationis, non sint contradictoria; Unde poterit dari medium inter illa, nempe non idem virtualiter realiter. Ultima etiam probatio non convincit: Quia Unum proportionatum, non distinguitur ab Ente, sed Unum non proportionatum, bene potest distingui ab Ente: Hoc est, potest aliquid non esse unum virtualiter, & esse tamen unum realiter physice; Licet non possit esse idem physice & realiter, & non esse unum physice & realiter; Consequenter independentè ab intellectu divisum, seu negatum quoad identitatem virtuales, potest bene esse idem realiter physice, quamvis non sit idem virtualiter.

Breviter loquendo, in hoc stat solutio, quod quamvis non possit esse aliquid idem realiter physice, & non esse idem realiter physice; Hæc enim sunt contradictoria manifestè; possunt tamen aliqua esse idem realiter physice, & non esse idem realiter virtualiter.

Restat solvendus hic punctus. Quomodo distinctio virtualis realis, non sit distinctio actualis, adeoque physica?

DUPLEX Actualitas importabilis à distinctione virtuali cogitari posset. I. Actualitas exclusiva potentialitatis ad salvanda contradi-

ctoria. Hæc actualitas à nobis conceditur: Certum enim est, quod non ex beneficio nostri intellectus, sed ante omnem operationem, itemque quod non in potentia, sed actu, natura communicetur, paternitas non communicetur. 2. Potest cogitari actualitas inferens multitudinem actuales, pluralitatemque nemine cogitante. Hæc à nobis negatur; & sicut v. g. unus grossus non in potentia habet tres solidos; quasi scilicet in potentia sit, ad æquivalendum tribus solidis; Licet non inferat in se suaque Entitate pluralitatem actuales, multitudinemque actu exercitam; Sic & in præfenti.

Quod si quæras. Quid desit distinctioni illi virtuali, ne inferat multipliciter actuales? Ad hoc, stando in principio fidei, dici potest; Quod verificatio actualis illarum propositionum, ex parte objecti, sufficiat quidem, ut destruat potentialitatem ad verificari, quod v. g. non communicetur paternitas communicatæ naturæ, sed non est necesse, ut inferat multipliciter actuales in Objecto: Quia non implicat, ut ea de quibus verificantur talia prædicata ex parte objecti, adhuc stent cum identitate reali physica, secundum quod nos docet fides, & oppositum non demonstratur. Unde illi quæsitum, quid desit distinctioni virtuali, ne sit actualis realis?

RESPONDERI potest per definitionem, quod desit multipliciter & alietas actualis realis, quam ex fide non infert præcisa verificatio huius, quod est communicari & non communicari, ratione diversæ formalitatis.

Uterius in hac responsione recurritur, in primis ad metaphysicum principium; Quæ sunt distincta realiter, non possunt esse idem realiter, communicari & non communicari actu, sunt idem realiter, prout subsumit fides, ad cuius hoc aliud principium recurri debet. Ergo communicari & non communicari in Divinis non sunt distincta realiter. Quod ad Minorem attinet, quæ est de fide, illius defensio sic haberi potest; Assumendo, quod duplex sit defensio Articuli Fidei; Prima per viam etiam arguendi demonstrativè, & sic defenditur Articulus Fidei quod Deus sit: Hoc enim simul demonstratur. Alio modo defenditur Articulus Fidei per solum principium. Non implicat, & ex alia parte cogit me vel mediatè, vel immediatè Fides: Hoc lectando modo defenduntur omnia arcana Trinitatis, & alia, quæ sub lumen naturæ non cadunt: Quæ defensio, hic etiam assumenda est. Quia ergo arguens non ostendit omnem verificationem contradictoriorum etiam ratione formalitatum diversarum, & secundum Esse restrictum procedentium & quod affirmatè Esse, negatè quod Esse improporcionato importetur distinctio realis. Adhuc stabimus in possessione doctrinæ secundum Articulos Fidei procedentis, quod verificatio talium prædicatorum, non arguat distinctiorem realem.

Dixi

Dixi etiam in materia de Distinctionibus, quod Distinctionis realis non stare in convenientia predicatorum contradictoriorum; Sed manifeste distinctis realiter, colligi illam ex separatione entitativa; In aliis autem, ex proportionem ad separatam; in Divinis autem ex communitate. Quia autem v.g. natura & paternitas, si inter se comparentur, non habent oppositionem producentis & producti, nec proportionem cum manifeste separatas Entitates habentibus; fit, ut inter paternitatem & naturam ex sola praevidentia illorum predicatorum non possit colligi Distinctio actualis. Brevisque dici potest, non esse illic distinctionem realem: Quia non est illic vera contradictio, quae deberet arguere Distinctionem realem: Nam quae non est vera contradictio, stat cum identitate reali.

INSTAT 1. Applicando ea quae in simili obijcit Quirous. Eo ipso quod a parte rei actu convenit naturae id, quod non convenit filiationi; communicari enim convenit naturae, & non convenit filiationi; Hoc ipso debet habere realiter & vere simpliciter & absolute natura aliquid diversitatis a filiatione. Quod ipsum probatur. Quia si nihil diversitatis habet natura realiter, ergo realiter verificabitur de natura, quidquid verificatur de filiatione; Et quia de filiatione verificatur, quod sit virtualiter producibilis, ergo & de natura verificabitur.

RESPONDETUR. Sufficere naturae, ut habeat aliquid virtualiter aliud a filiatione, & exclusivum identitatis realis virtualis; Licet non debeat habere aliquid exclusivum identitatis realis physicae.

INSTAT 2. No majorem vim habet ad verificanda eadem praeterea identitas, quam similitudo. Sed implicat quod duae res sint realiter omnino similes, quin eadem praedicata, quae dicuntur de una, si realiter siue formaliter, dicuntur etiam similiter de alia: Necessaque est dissimilitudinem formalem fundari in dissimilitudine reali; Si enim ponas duos Angelos, quorum unus sit formaliter discursivus, alter non, opus est ut habeant realitates ipsas dissimiles. Ergo implicat quod natura sit idem realiter cum filiatione, & discrepet in aliquo praedicato: & ratio est, quia ipsum esse virtualiter, aliud praesentat, aliquid specialitatis actu & ex parte rei.

RESPOND. Fides ipsa docet, quod verificentur praedicata contradictoria de eadem identitate reali: Unde ex fide negatur Major, vel distinctio causae distinguitur, quod scilicet non majorem vim habeat identitas exclusiva virtualis distinctionis ad verificanda contradictoria, quam similitudo. Majorem tamen habet vim identitatis inclusiva virtualis distinctionis, ad salvanda contradictoria praesimilitudine. Quae similitudo dupliciter spectari potest: Vele-

nim est similitudo includens virtuales distinctionem, vel excludens? Si includens, etiam haec verificabitur duo contradictoria praedicata: Si autem illam excludat, non verificabit eadem; Possit autem aliquid simile includere distinctionem virtuales, petitur ex ipso mysterio Trinitatis: Quia similitudo in ratione Entis intercedens inter naturam & paternitatem, patitur inter illa distinctionem virtuales.

INSTAT 3. Non sunt duo genera essendi seu existendi, quorum unum sit existere realiter, & aliud existere virtualiter. Tum, quia illud Esse virtualiter additum reali, vel addit Esse per rationem, & est Chimericum, vel addit Esse reale, consequenter nihil illi deerit ad distinctionem realem simpliciter. Tum, quia realiter & ex parte Objecti Ens, transcendit differentias; Ergo esse formaliter secundum suum conceptum, ut est a parte rei, nihil aliud est quam esse realiter. Tum, quia si liceret ex parte Objecti ponere aliquid medium inter distinguendum realiter, & per rationem, posset quis medias distinctiones fingere sine numero v.g. modaliter quidditative, eminentialiter & similia.

RESPONDETUR. Illud esse quod additur esse reali physico, esse quidem reale, sed cum addito Reale virtuale; Quid autem illi desit ad esse reale, supra dictum; Hoc est, deest oppositio producentis & producti, quae sola in Divinis, arguit Distinctionem realem.

Neque inde sequetur, dari libertatem fingendi distinctiones intermedias: Quia etiam haec non sunt multiplicandae sine necessitate, quae in praesenti urget, ut salvetur mysterium Trinitatis. Per haec porro & similia argumenta, videbit reflectens, potius impugnari mysterium Trinitatis, quam explicationem distinctionis virtualis.

Punctum Difficultatis 2.

Solvuntur aliae Objectiones.

OBJICIT 2. Idem, Virtualis Distinctio qualem tenemus, est ipsissima Scotistica: Quia haec requirit, quod una formalitas ex parte objecti ex natura rei actu, non sit alia formaliter, licet sit idem realiter: Hoc autem etiam nos in nostris principiis admittimus; & sicut Scotus incidit in sententiam Porretani, quatenus aliter verificat ex parte rei, propositiones in concreto, aliter in abstracto; Ita idem facit nostra sententia: Nam intellectio per nos est volitio, sed non est volitio in abstracto: & sicut illa propositio Rhemensis, *In nullo sensu Catholico potest negari, quod Divinitas sit Deus, & Deus Divinitas*, pungit Scotum, ita etiam punget & nos: Nam nos negamus, quod Deus sit aliqua perfectio, ut cum negatur, quod intellectio sit principium Spiritus Sancti.

RESPONDETUR.

R. P.
J. H. MŁOD
ZIANOWSKI
Tom. I. c. 2.
D. VI
S.

RESPONDETUR. Nostram sententiam differre à Scotistica, in primis fundamento; Quia illius fundamentum est, ratio v. g. Essentia ut sic, non est ratio Sapientia ut sic, recurritque Scotistica ad definibiles rerum ut sic, & tamen nemine cogitante, qui duo termini tollunt se, & non assumuntur à nobis; Sed assumuntur non nisi propositiones de fide; Nempe quod natura communicetur, paternitas non communicetur. Rursus distinguitur nostra sententia à Scotistica extensione: Quia illa etiam inter Attributa inter se, & Essentiam admittitur, quā latitudine à nobis non admittitur distinctio virtuali, ut vocant, intrinseca. Denique distinguitur nostra sententia à Scotistica qualitate distinctionis: Quia illa admittit pluralitatem actualem formatum; Nos illam negamus, sed solum admittimus æquivalentiam ad pluralitatem: Nec negamus, quod paternitas sit formaliter Deitas nemine cogitante, negant Scotistica.

OBJICIT 3. Aptando argumentum ejusdem Quiros in simili. Prædicatum incommunicabilitatis magis distinguitur, seu negatur de natura, quā negetur paternitas; Sed paternitas negatur virtualiter; Ergo incommunicabilitas magis negabitur, adeoque vel realiter, vel Scotisticè. Major probatur. Tum, quia capacitas contradictionis inter formalitates distinctas virtualiter quæ sunt natura & paternitas, non est quoad omnia prædicata; & tamen specialis est inter communicari & non communicari; Alias inutiliter significarentur illa prædicata ut contradictoria specialiter. Tum, quia in hoc expositorio, paternitas non communicatur, paternitas est natura, Ergo natura non communicatur; Specialius inquam, negatur consequentia quā præmissæ; & sic in aliis similibus.

RESPONDETUR. Quoad modum formati contradictionem magis negatur non communicari de natura, quā personalitas; Sed quoad rem non magis negatur. Prioris ratio est; Quia manifestior est contradictio inter communicari, & non communicari, utpote procedens in iisdem terminis secundum affirmationem & negationem; Quod non est inter terminos, qui sunt natura & paternitas. Posterioris autem ratio est: Quia quoad rem non magis virtualiter distinguitur natura & paternitas; Quā intra eandem Entitatem, communicari non communicari. Deinde sicut quando dicimus: Corpus & animam Esse distincta realiter, quia sunt separabilia realiter, non sequitur post separationem realem, magis distingui, eò, quod ipsa separabilitas, sit per modum signi complementis rationem distinctionis; Ita non sequitur magis distingui communicari & non communicari, quā natura & persona: Quia natura identificatur etiam virtualiter communicari, & personæ non communicari; Adhibenturque non nisi ut signa

contradictionis quoad modum. Quod autem in illo expositorio Conclusio specialius negetur, non est ex eo, quod imaginatur arguens; Sed ex eo, quia argumentum non est informis; & Præmissarum falsitas, nisi attendatur ad hoc, quod legitime non distribuuntur, colligi non potest; Sed si apponantur signa distribuentia præmissas, apparebit earundem falsitas, adeoque & negabilitas: Conveniet tamen potior negabilitas Conclusioni: Quia præmissæ negabuntur non nisi ex eo, quod sint contra fidem; Proportio autem Conclusionis erit & contra fidem, & contra Dialecticam.

OBJICIT 4. potest ex eodem; Aptando scilicet illius argumentum in simili. In nullo sensu Catholico negari potest, quin Divinitas sit Relatio, & Relatio Divinitas, inquit Rhemense; Sed si natura & persona distinguerentur virtualiter, in sensu aliquo negarentur, ergo hæc sententia erit contra Rhemense.

RESPONDETUR. Rhemensis propositionem vetare non nisi distinctionem actualem, quam nos non admittimus, & sicut ratione tertii natura non est paternitas, nec per hoc Rhemeni opponunt sese sic explicantes. Ergo neque nos. Quod autem hoc solum voluerit Rhemense; Colligitur ex eo: Quia intentio illius erat, quā maximam simplicitatem Dei actu, & à parte rei ostendere; Consequenter excludere actualem multipliciter.

OBJICIT 5. Implicat, quod aliqua res sit actu illud, quod non est, secundum sensum etiam virtualem; Sed persona non est virtualiter nemine cogitante natura. Ergo nec erit realiter actu natura.

RESPONDETUR. Negando Majorem propter dicta supra.

INSTAT. Negatio quæ tolli nequit nisi per realem mutationem, simpliciter & actu est negatio: Sed negatio ex parte Objecti tolli non potest nisi per mutationem realem. Ergo illa negatio est realiter talis. Major probatur. Tum, quia affirmatio realis non potest tolli nisi per negationem realem. Tum, quia non plus requiritur, ut una forma tollatur, quā si opposita contradictorie ponatur. Tum quia, ut res habeat aliquam denominationem, solum requiritur, ut habeat id, quo caret. Ergo si requirit mutationem realem, seu novam Entitatem, signum est, quod illa careat.

RESPONDETUR. Si deberet reddi persona communicabilis, deberet realiter mutari Deus; Nihilominus quod illa sit incommunicabilis, est quidem simpliciter & actu, prout simpliciter & actu negat aliquid non nisi in potentia positum; Sed non est simpliciter, & actu, in quantum hic terminus, importat comparationem ad aliud, multipliciter, plurificationem, &c. ita ut illud non communicatur, nihil addat ei, quod communicatur, nihil inquam, addat realiter actu;

addat tamen realiter virtualiter. Et hæc dicta sunt circa propositionem, qualis esse debet mutatio, si persona redderetur communicabilis. Ad Majorem autem respondendo dici potest, negationem quæ tollit, nisi per realitatem mutationem, simpliciter & actu esse negationem, vel realem, vel virtualem; Sed non esse actu negationem non nisi realem. Unde etiam affirmatio tolli potest, per negationem realem virtualem, licet non per realiter simpliciter negationem, quæ negatio si verificetur de Obiecto non nisi distinctio virtualiter, non erit negatio contradictione posita.

Punctum Difficul-

tatis 3.

Quid de aliis Objectionibus.

Obicit 6. Summa Spiritualitas Dei repugnat corpori virtualiter tali; Quis enim ponat in Deo, in aliquo vero sensu, & ex parte Obiecti corpus, accidens, peccatum? atqui non minus repugnat distinctioni summa simplicitas, quam repugnet corpori summa spiritualitas: Ergo Deo, titulo summa simplicitatis, repugnabit distinctio virtualis.

RESPONDETUR; Retorq. Argumentum; cur scilicet in principiis Quiror ratione Tertii, non sit Deus virtualiter corpus, accidens, peccans? Quod attinet ad simplicitatem Divinam, illa ut sit actualis, excludit multipliciter a realem; sed nego, quod excludat multipliciter virtualem; alias excluderet unum, quod est communicari, & hoc iteratò, quod est non communicari. Disparitas directe hæc assignari potest, quia non potest Deus hoc esse virtualiter per quod definirer esse Deus: si autem Deus esset virtualiter corpus, accidens, peccans, definirer esse Deus; Non definit autem esse Deus; si natura communicatà, non communicetur paternitas virtualiter distincta.

Ad ea quæ obicit à num. 140. solvenda.

NOTO. Quoties ponitur communis terminus tam communicabili quam incommunicabili; & non prædicatur non nisi unum virtuale extremum, toties est significatio falsa: quia in modo significandi est exclusiva identificationis cum alia formalitate, quæ tamen identificatio de fide est, quod d. derur. Unde si ita prædicet. Hæres est incommunicabilis loquendo de concreto ex natura & paternitate, est prædicatio falsa, quia ly hæres, est terminus communis communicabili, & incommunicabili; & consequenter sine ullo addito non potest restringi ad incommunicabile. Rursus, Cum non idem, quod est filius, sit non filius: Nam natura est filius, paternitas non filius, sit, ut tunc hæc contradictio, filius non filius, non sit ratione ejus-

dem, adeoque nec Contradictorium rigorosè. Denique; quamvis detur in creatis distinctio rationis; Quia tamen in illis non datur distinctio in ordine ad prædicata physica, sit, ut contradictoria similia physica non possint verificari de creatis. *Sed insuper*

Obicit 7. Rosmer pag. 13. distinctio virtualis tollit distinctionem realem personarum; nam posset dici, quod esse producentem, & esse productum arguant tantum distinctionem virtualem; Ita ut eadem indivisibilis Entitas, quatenus est produciens, sit virtualiter intrinsecè distincta à seipsa, ut est producta. Immo majus erit fundamentum hoc dicendi: quia producere & produci non sunt Contradictoria.

RESPONDETUR. In primis, stando in principiis Fidei; quia scilicet docet nos fides, quod inter communicari & non communicari non sit distinctio realis; inter produciens autem & productum etiam fides docet nos, intervenire distinctionem realem. Nec convellimus per hoc doctrinam PP. quia ad illam nostram distinctionem virtualem assumimus propositiones Fidei, nempe naturam communicari, paternitatem non communicari; Articuli autem Fidei non se convellunt. Ex ratione etiam naturali posset adferri hæc disparitas: quia illud quod produceret seipsum, vel produceret seipsum productione prima? & sic repugnat principio demonstrabili: quia nihil producit seipsum primo: ex nihilo enim nihil fit. Si autem procedat de productione sui secundò, secundum principia physica, concedo, idem sine virtuali in ordine ad prædicata physica distinctione, posse seipsum producere. Sed in Divinis hoc non datur: quia id quod quoad primum Esse, est omnino improducibile, nec secundò potest esse producibile: quia ergo natura & paternitas quoad primum esse, sunt improducibilia, nec secundò, cum quacunque distinctione virtuali, poterunt produci. Alii idè negant in Divinis dari reproductionem: quia esset essentialiter frustra: creatura enim v. g. replicatione acquirit pluralitatem locorum; quam alias non haberet; Deus autem qui est ubique, nihil replicatione acquireret. Quod autem dicit, produci & producere non esse Contradictoria, verum est, quod ex modo significandi non sint formaliter Contradictoria; tamen quoad primum Esse, sunt æquivalenter Contradictoria. Ad ea quæ postea urget idem Rosmer solvenda. Tenendum est, distinctos esse hos terminos, productum, & non productum debent esse distincta actu realiter. Item produciens & productum debent esse actu realiter distincta. Prior propositio est falsa; quia fides docet esse productam filiationem, non productam naturam; & tamen idem sunt realiter. Secunda propositio est vera: Quia fides docet oppositionem producentis & producti adferre distinctionem realem.

INSTAT

R. P.
J. H. MŁOD
ZIANOWSKI
Tbm. de Z.
D. VT
S

INSTAT Rosmer 1. Quolibet Contradictoria distinguuntur inter se realiter: Quia contradicens debet dicere distinctum realiter; alias aliquid posset sibi ipse contradicere; Ergo si produci & non produci argueret distinctionem realem, argueret etiam communicari non communicari.

RESPOND. Vera Contradictoria distinguuntur realiter, non autem ea, quæ non procedunt, de eodem, ratione ejusdem, & si ad destruendam Contradictionem sufficit adferre terminum distinctum intentionaliter, multò magis distinctum realiter virtualiter. Quando autem arguit, si non potest idem esse physicè, & non esse, nec poterit idem communicari & non communicari; ad hoc jam supra responsum est.

INSTAT 2. Idem. Si distinguitur virtualiter natura à personalitate, itemque communicari & non communicari; dicam etiam esse & non esse distingui virtualiter; quod non potest dici, alias deberent de iis alia Contradictoria dici, & de his alia, & sic in infinitum.

RESPONDETUR. Argumentum probare multum: quia si distingueretur realiter vivere, & non vivere; distingueretur etiam esse & non esse, nec inde sequeretur alia contradictoria de illis verificari debere. Sic etiam in præsentī. Rursus nullum datur inter esse & non esse signum distinctionis virtualis, ut supra dictum est.

INSTAT 3. Haunoldus lib. 1. num. 74. probando hanc propositionem, quod nullum prædicatum possit affirmari de Natura, quin possit affirmari de Relationibus. Si verum est, aliud prædicatum affirmari posse de natura Divina, quod nullo prorsus modo affirmari possit de Relationibus, tunc evidenter sequitur, dari distinctionem virtuales inter prædicata absoluta & quidem cum processu in infinitum. Sequela probatur. Accipiamus prædicatum communicabile quod est prædicatum absolutum & indistinctum à Natura Divina, quo posito sic urgetur, si ly esse communicabile nullo modo potest affirmari de relatione v. g. paternitatis, tunc de natura Divina & de Communicabilitate ejusdem, verificabuntur Contradictoria Ergo distinguuntur virtualiter. Probatur Antecedens, de natura Divina verificatur communicari Relationibus, de Communicabilitate verificatur non communicari. Si enim Communicabilitas communicaretur paternitati, sicut communicatur Omnipotentia, tunc non minus posset paternitas dici communicabilis quam potest dici omnipotens, atque ita negas posse sic dici. Ergo eam admittis verificari Contradictoria de Omnipotentia & Communicabilitate naturæ.

RESPOND. Immerito arguere Obicientem quasi adstruens distinctionem virtuales, quæ vocatur intrinseca, per nos autem est in ordine ad prædicata physica & primo in-

tentionalia, quasi inquam non admittant, quod ea prædicata quæ verificantur formaliter de natura Divina, non competant physicè, & quo ad identitatem realem, v. g. paternitati: cum id deponat ipse Articulus Fidei, docent v. g. naturam Divinam esse physicè paternitatem, identificarique illi, consequenter etiam communicabilitas physicè & quo ad identitatem realem communicatur, hoc est identificatur paternitati: potestque dici, quod non minus paternitati identificetur Communicabilitas quam identificetur physicè Omnipotentia; Cumque tamen secundum fidem stare debet, quod Communicabilitas naturæ identificetur realiter paternitati, & tamen realiter non communicatur paternitas, vi distinctionis virtualis. An non tamen sit major aliqua virtualitas interveniens, inter communicabilitatem eique annexam naturam Divinam comparatè ad relationes quam sit inter Omnipotentiam & paternitatem, de hoc alibi dictum.

Idem Argumentum sic proponit Idem aliter. Natura Divina est virtualiter indistincta à se ipsa. Ergo hoc prædicatum esse virtualiter indistinctum à Natura, est prædicatum absolutum. Probo hoc prædicatum per te virtualiter distingui à natura Divina; De natura Divina & virtuali indistinctione ejusdem à se verificantur per te Contradictoria, non minus quam de natura & paternitate, natura Divina est affirmabilis de paternitate: Virtualis indistinctio à natura, non est affirmabilis de paternitate. Ergo de natura Divina & virtuali indistinctione verificantur Contradictoria.

RESPOND. Distinguendo illam propositionem, natura Divina est affirmabilis de paternitate hoc est identificatur physicè paternitati; Concedo propositionem, est aliter affirmabilis, nego propositionem, sed verum simul est, virtuales indistinctionem à natura, esse affirmabilem hoc est physicè identificatam paternitati. Vel certè natura Divina est affirmabilis de paternitate, sed salva sua distinctione virtuali quæ distinctio virtualis, quia dicit non communicari virtualiter, hinc adhuc non aliud competit prædicatum naturæ, quod non competat ipsi illi virtualitati seu indistinctioni à natura.

• DIFFICULTAS II.

An Distinctio virtualis sit distinctio realis in tertio?

PRIMUS Antonius Perez, dictus Theologus admirabilis, incepit explicare Distinctionem virtuales per distinctionem realem in tertio. Eum Magistrum secutus est Esparza, Quirós, qui etiam citat d. 15. num. 10. Gabriel. Occam. Fass. ne videatur aliquid novum invehere. Tota autem explicatio in hoc stat: Quia dicunt, verificationem duorum prædicatorum contradictorio-

distinctionum esse ratione distinctionis realis in
tertio, v. g. non producitur natura, & producitur
filio, quia non producitur paternitas, quæ est
distinctio realiter à filiatione; Ita ut illa natura, ut
inimproducta, requirit in filio identitatem
cum Patre, in rationeque improductæ in filio,
consequitur paternitas. Item communicatur
v. g. natura, non communicatur paternitas; quia
identificatur cum filio, qui distinguitur realiter
à Patre; ita ut in ipso Patre non exerceatur ista
non distinctio, seu communitas, sed opus est re-
currere ad filiationem realiter distinctam, adeo-
que ad aliquid tertium distinctum realiter.

DICENDUM est. *Non rectè explicari Di-
stinctionem virtuales per Distinctionem realem in
tertio. Sit*

Punctum Difficul- tatis 1.

Impugnatur dicta Explicatio.

A Nequam formem Argumentum, Suppo-
NO. Saltem ratione nostra aliud esse for-
malitatem naturæ, & aliud formalitatem v. g.
filiationis, quas inter ipsas formalitates possu-
mus cogitare, quod natura habeat rationem pri-
oris, & personalitas rationem posterioris, cujus
ratio est: Quia terminabile prius est terminan-
te in creatis, consequenter & in Increatis: Quia
ex illorum proportionem, de his discurremus: &
cum communia accedant ad Universalia; Uni-
versalia autem sunt priora, sit, ut concludatur ra-
tionem naturæ esse priorem, utpote commu-
nem. *Hoc supposito*

PROBATUR 1. Conclusio. Pro illo prio-
ri considerata natura in se, vel dicit in se præcise
rationem producibilis, vel non dicit. Si dicit in
se spectata rationem producibilis; qui jam po-
tente habere rationem non producibilis pro po-
steriori? Sicut si animal in se pro illo priori ad te
rationalitatem, non dicit rationem viventis in
se, qui in se potest habere à posteriori, quod est
rationalitas, rationem viventis in se, cum ly in se,
in præfati, pro primis prædicatis supponat. Et
tunc pro illo priori spectatum ly in se, dicit o-
mnia spectantia ad se constituendum, in se; con-
sequenter si est producibilis in se, debet pro illo
priori dicere producibilitatem in se. Quod si
de se non dicit rationem producibilis; Ergo non
ad aliquo posteriori dicit rationem improduci-
bilis, adeoque non ab adveniente, ut ita dicam,
personalitate. Hoc ipsum aliter proponitur.

Natura in se spectata prout condistincta à pa-
ternitate, est improducibilis; Ergo quod sit im-
producibilis, non salvatur ex eo; Quia paterni-
tas non producit. Ant. probatur, falsa est
hæc causalis: Ideo Deitas produci non potest,
quia paternitas produci non potest: nam impro-

ducibilitatem Deitatis demonstrat Metaphysi-
ca, & non demonstrat paternitatem. Ergo.

RESPONDEBIS. Naturam pro illo priori,
neque esse producibilem, neque improducibi-
lem.

CONTRA. Si neque est producibilis, nec
improducibilis, quomodo Metaphysica demon-
strat, de illa, improducibilitatem? Quamvis au-
tem status ille prioritatis præ personis sit inten-
tionalis; nihilominus prædicata ei convenien-
tia, non debent esse omnia intentionalia: Quia
etiam status, in quo præscindit animal ab omni-
bus differentiis, est intentionalis, & tamen quod
animal sit vivens sensitivum, non est quid inten-
tionale.

RESPONDERI posset aliter huic argu-
mento; quod scilicet improducibilitas Naturæ
Divinæ, non habeatur ratione paternitatis; sed
solum salvatio, cur sine contradictione idem sit
producibile & improducibile.

CONTRA est, quia non liquet an hoc sint re-
sponduri. Sed si hoc responderent præter infe-
rius ponenda, inde urgeri possent: quia hic quæ-
ritur conceptus primus distinctionis virtualis;
Jam autem per esse distinctum realiter in tertio,
non potest tradi dictus primus conceptus: ne-
cessario enim supponit alium priorem: quæ-
rere enim restat, unde habeat esse distinguibile ratio-
ne tertii? ad quod legitime tanquam per aliquid
prius responderi potest, per æquivalentiam ad
distincta realiter: unde si quæras, quare Omnipoten-
tia identificata realiter filiationi non dicatur
producta? Item quare Sapientia identificata
paternitati non dicatur improducta? rectè re-
spondebitur: Quia non supponitur in illis æqui-
valentia ad distincta realiter: Ergo apparet non
distinctionem in tertio; sed illam æquivalen-
tiam esse primum conceptum distinctionis vir-
tualis. Rursus ante omne distingui præsuppo-
nitur esse, ergo præsupponitur & ante distingui
in tertio: illud verò Esse præsuppositum necessa-
riò involvet distinctionem virtuales: est enim
vis fundans ipsammet distinctionem virtuales,
nec potest sine alietate concipi illa vis, de qua
etiam prædicata Contradictoria verificantur:
Ergo si per distinctionem in tertio explicetur
distinctio virtualis, ante distinctionem virtua-
lem, erit distinctio virtualis, in ipso scilicet esse
reperibilis, antecedente distingui in tertio.
Deinde non ideò aliquid æquivalere pluribus di-
stinctis realiter: quia distinguitur in tertio;
sed distinguitur in tertio, quia æquivalere: Ergo
æquivalentia, per prius explicat distinctionem
virtuales.

PROBATUR 2. Quia si improducibilitas
Essentiæ potest salvari ratione tertii, nempe pa-
ternitatis, quæ non potest produci; dicam &
ego prædicatum producibilitatis naturæ, posse
salvari ratione tertii, nempe ratione filiationis,
quæ producitur; & tamen fides negat ratione
E
cujus-

R. P.
J. H. MŁOD-
ZIANOWSKI
Tbm. de Z.
D. VI

cujuscunque tandem, posse salvari in natura prædicatum producibilis.

CONFIRMATUR. Tum, quia qua libertate dicunt illi distinctionem virtualement inter ea reperiri, quæ in tertio aliquo realiter distinguuntur, eadem libertate dici potest, quod distinctio virtualis, reperiatur, inter distincta realiter, identificata tertio. Tum, quia in explicationibus rerum attendendum est quantum fieri potest, etiam ad significationem vocis, ne dicatur quod non res hæc, quam hoc nomen significat, sed alia explicetur: Quæ autem est proportio inter hoc, quod est virtualiter distingui, & inter hoc, quod est realiter distingui in tertio? Tum, quia si per impossibile animal ne in sensu quidem reali, ratiocinaretur; & tamen foret identificatum physice rationali, esset distinctum virtualiter in ordine ad prædicata physica à rationali, si ne ulla distinctione reali in tertio: quid enim tunc deesset ad talem distinctionem? Ergo apparet hanc distinctionem, non salvari per distinctionem realem in tertio. Tum, quia Essentia est natura, Filiatio non est natura, accipiendo scilicet naturam sub formalitate communis: Quæro, ratione cujus tertii distincti realiter habeatur hoc prædicatum? dices, quia natura in illis tribus identificatur. De hoc ipso queritur, ratione cujus distincti realiter, omnibus his identificetur? Tum, quia accipiamus ab una parte omnes simul tres personas: quæro; Ab illis omnibus sic sumptis distinguitur virtualiter natura, vel non? si distinguitur; quæro, quodnam sit illud tertium, ratione cujus distinguitur virtualiter ab omnibus illis tribus personis? Si non distinguitur, explicandum veniet quomodo distinguatur à singulis? Tum, quia natura est communis, persona non est communis; quæro ratione cujus tertii distincti realiter habeat communitatem? cum nullum distinctum realiter sit commune; & sicut rationem improductæ habet ratio distincti realiter improducti, nempe paternitatis; Ita prædicatum communitatis deberet habere ratione distincti realiter communis, quodnam autem est illud?

DICES. Quia identificatur in filio & aliis personis; de hoc ipso queritur, ratione cujus distincti realiter, idque communis, habeatur illa identificatio?

PROBATUR 3. Ex iis etiam quorum meminit Quiros. Videtur hæc responsio subruere mysterium Trinitatis; quia nullum prædicatum potest ostendi conveniens naturæ in hac sententia, quod illi conveniat non ratione personarum, consequenter non erit illic natura, sed tantum tres personæ, adeoque non erit Trinitas: Quia Trinitas præter prædicata personalia & ex personis petibilia, requirit etiam prædicata naturæ, ex vi naturæ petibilia; aliàs non esset Trinitas, nisi tres personæ, adeoque non erit Trinitas.

Bene etiam idem opponit sibi ex Gabriele: quia darentur aliqua prædicata in Divinis nemine cogitante convenientia, quorum veritas non potest salvari ratione alicujus distincti realiter: quod ipsum probatur, quia hæc proposito, Deus generat, Essentia non generat, nemine cogitante verificatur, & tamen Essentia neque in se neque in tertio distinguitur realiter à Deo.

Neque valet, si dicas cum Quiros. Quod licet Essentia, nec in se, nec in tertio distinguatur à Deo; at in tertio distinguatur à Deo generante: identificatur enim cum filio, qui realiter distinguitur à Deo generante, non inquam valet, si dicas: Quia aliud est tertium distingui realiter à Deo generante, & aliud est, ipsam Essentiam, distingui realiter in tertio. Et certe ex communi omnium apprehensione, aliud est filium non generare, & aliud quod natura non generet. Quod autem illæ propositiones sint distinctæ, vel inde probatur, quia natura etiam prout in filio est, non est distincta realiter à se ipsa in Patre; aliàs tres essent naturæ Divinæ. Si autem alia est propositio, aliquid tertium distingui realiter, & aliud ipsam Essentiam distingui realiter in tertio, jam quod Essentia non generet, id non potest haberi ratione distinctionis realis in tertio; Ergo convenientia prædicatorum contradictoriorum, non rectè salvatur per hoc, quod est distingui realiter in tertio.

URGERI potest & illud argumentum, si per impossibile in Divinis foret nonnisi una persona, posset adhuc immediate uniri sola persona, & non uniri immediate natura, cur non enim? & tamen convenientia hujus prædicati non salvaretur per distinctionem realem in tertio; quod enim est illud tertium?

NEQUE valet, si dicas cum Quiros, quod scilicet unio, quæ nunc datur, sit ejus naturæ, ut nonnisi personam uniat. Sed de hoc ipso queritur: Si enim persona non posset uniri, nisi simul immediate uniretur natura, non posset dari unio tantum personam uniens. Ergo prius hoc explicandum est, cur sit capax talis unionis persona, & non sit capax natura? salvando id per distinctionem realem in tertio. Concessioque quod distinctio virtualis habeatur, ratione distinctionis realis in tertio, non æque distinguuntur virtualiter natura, & paternitas: quia paternitas habet distinctionem realem in tertio; nempe in filiatione; non habet autem natura: quia à nullo tertio distinguitur realiter. Et sicut modus & res, non æqualiter distinguuntur: quia non æqualiter separantur; ita & natura & paternitas non æque distinguuntur virtualiter: quia unum distinguitur realiter in tertio, secus natura, quæ semper personis identificata manet. Hæc Argumenta vide restaurata in Metaphysica Disput. 3. a. num. 184.

Punctum

Punctum Difficul-
tatis 2.

Solvuntur Objectiones.

Iterum hic solvenda argumenta, quæ jam superius soluta sunt, sed sicut arguens illa repetita repetendæ solutiones.

Obijcit 1. Quiros Num. 112. Prædicata Contradictoria distinguuntur realiter; implicat enim, quod aliquid non sit illud idem, quod est: impossibile enim est idem esse & non esse; Ergo hæc formalitates, quibus insunt hæc Contradictoria, erunt distincta realiter, non in se, ergo saltem in tertio.

RESPONSUM supra, prædicata Contradictoria universaliter loquendo esse distincta realiter physice, vel realiter virtualiter; Sed non est necesse semper esse distincta realiter physice, quæ superius jam sunt declarata.

ADDO. Si cum omnimoda identitate realitatis physica, quam virtuali, possent verificari Contradictoria de eadem re, periret via investigandi aliqua esse distincta realiter; non peribit tamen, si aliqua nonnisi salvetur ratione distinctionis virtualis. Brevis autem regula est, ubi nam poni debeat distinctio virtualis, ubi scilicet docet fides eidem Entitati convenire duo prædicata Contradictoria. Supra etiam dictum est, quod prædicatum realiter negatum de subiecto, realiter distinguatur ab illo, eodem distinctionis modo, quo negatur, vel affirmatur; & ita si negatur secundum identitatem virtualement, non potest poni secundum virtualement identitatem. Quamvis autem ponatur distinctio hæc per nos talis, qualis foret realis, id cæteris paribus accipi debet; scilicet quoad alietatem virtualement, non quoad alietatem physicam, faciendo scilicet hoc sine actualitate, & multiplicitate, quod in creatis facit multiplicitas & actualitas. Et licet quidem absolute tunc ponatur negatio, hoc est non conditionate, sed non absolute, in ordine ad invicendam multipliciter actualitatem.

Obijcit 2. Idem. Omnis contradictio ex parte Objecti æqualem arguit distinctionem; Sed aliqua Contradictio non potest verificari etiam in Divinis sine Distinctione reali in tertio; Ergo nulla potest. Major probatur, quia omnis assensus & dissensus, forma & privatio & similia æque se excludunt. Major Principalis probatur, quia quod de una formalitate v. g. de filiatione prædicatur, quod non sit paternitas, non potest salvari sine distinctione reali.

RESPONDETUR in primis, Retorq. argumentum; sub illa enim Majori subsumo Minorem; Sed aliqua distinctio non potest verificari etiam in Divinis sine reali distinctione absolute, idque in principiis extrema, & non in tertio, quali distinctione absoluta distinguuntur inter se personæ,

ergo similis nonnisi distinctio, etiam in aliis arguenda. Rursus illa Major habet suas instantias in contra, quia contradictiones quæ existentiam negant, simpliciter sunt majores, quam quæ negant modum aliquem existendi; & sic major est Contradictio, quæ dicit, est lapis, non est lapis; quam quæ dicit, lapis non est ruber, lapis est ruber: Relinquit enim, ut ratione diversæ formalitatis possit salvari, quare sit ruber: Si autem non existit, ratione nullius formalitatis salvabitur, quod existat. Ad eandem majorem dici potest; Omnem contradictionem sed proportionatam (ut explicui) arguere distinctionem realem; in præfenti autem non ostenditur Contradictio proportionata. Denique ad maximum vera est in hoc sensu Major; quia inter vera Contradictoria æquæ in uno, ac in alio non potest dari medium: Sed non in hoc sensu, quod æque sint insalvabilia, ut scilicet si aliqua salvari non possint ratione diversarum formalitatum, nec alia possint.

Eidem argumentum negari potest Minor, quæ non probatur: quamvis autem omnis contradictio tandem reducat ad negationem realem alicujus prædicati de aliquo; reducitur tamen ad negationem vel realis virtualis, vel realis physice identitatis; sed non est necesse, ut negatio virtualis identitatis, inferat negationem physice identitatis.

INSTAT. Si admittatur Contradictio, quæ non fundet negationem absolutam & simpliciter talem, non erit vera contradictio ex parte Objecti, sed solum secundum quid & rationis; Ergo vera contradictio fundat negationem simpliciter; Contradictio autem quæ fundat negationem simpliciter realem, necessario importat distinctionem realem in tertio.

RESPONDETUR. Si admittatur contradictio, quæ non fundet negationem absolute & simpliciter talem, idque vel virtualement, vel realem physicam, est contradictio solum secundum quid Conc. si non fundet negationem absolute, solum identitatis physice, erit contradictio secundum quid, Nego. Illud autem secundum quid subdistingui potest, erit negatio secundum quid, hoc est, non semper inferens negationem identitatis physice Conc. erit secundum quid, hoc est non vera contradictio, Nego: dico enim Contradictoria verè posse reperiri etiam inter membra virtualitatem inferentia, licet non inferant negationem identitatis physice. Nominem autem Contradictoriorum, intellige Contradictoria quoad terminos, non autem Contradictoria proportionata ut jam explicatum. Quamquam absolute concedi potest, non esse inter membra virtualiter distincta, contradictionem veram.

Obijcit 3. Idem. Ex oppositione producentis & producti statuitur in Trinitate distinctio realis, ergo cum oppositio affirmationis &

R. P.
J. H. MŁOD
Zianowski
Tom. I. et Z.
D. VI
S

negationis sit evidentior, utpote cum affirmatio dicat identitatem, negatio alietatem; etiam hæc dicit distinctionem realem.

RESPONDETUR, retorquendo argumentum, quod probat inter affirmationem & negationem non posse reperiri solam distinctionem realem in tertio, sicut nec reperitur inter producentem & productum. Dixi etiam; quidquid sit an sit major oppositio, saltem debere esse tantam, inter affirmationem & negationem proportionatam; quæ hæc non potest ostendi: Vel esse tantam distinctionem inter esse & non esse, sed non esse tantam, inter esse & non esse restrictum, quale est hic. Quæ omnia supra explicata.

INSTAT; Difficilius esse quod eadem res identificentur secum illud, quod non est, quam quod identificentur illud cuius principium est; Ergo cum hoc posterius non admittat fides, jam admittemus difficultatem supra fidem.

RESPONSUM jam est, per distinctionem virtuale non identificari rei quod non est, accipiendi identificationem, vel non identificationem inter membra proportionata; essetque difficultas supra fidem, immo nec revelabilis à fide, quod aliquid identificetur ei, de quo proportionaliter negatur: esset enim affirmatio & negatio ejusdem de eodem sub ratione ejusdem; quod est impossibile, & non tantum præter lumen naturæ, ut sunt pleræque res fidei, sed contra dictum lumen.

QUÆSTIO III.

An Attributa distinguantur ratione præscindente objectivè?

SENSUS tituli est; An unum Attributum ab alio, itemque ab Essentia præscindi possit objectivè.

Quid veniat nomine præcisionum objectivarum? quid nomine formalium? dixi in Logica. Breviter, quando attingitur una formalitas, & non attingitur ex parte objecti, alia identificata realiter, tunc est præcisio objectiva. Nominem autem præcisionis formalis venit, quando respondente clarè una formalitate, & alia illi identificata respondet sed confusè, nec discernente intellectu, ad eum modum, quo si se penetrarent vultus Pauli & Andreæ, non posset oculus discernere, inter vultus. Cæterum in sententia admittente præcisiones objectivas, hi ipsi termini præcisio formalis, & præcisio objectiva, alio sensu sumuntur: Præcisio enim formalis est actus meus præscindens, præcisio autem objectiva tenet se ex parte objecti jam præcisi.

Admissi Tractatu de Distinct. præcisiones objectivas etiam in creatis; Tum, quia allata supra explicatio distinctionis ut sic virtualis, ostendit etiam in creatis dari talem distinctionem, con-

sequenter & præcisiones: hæc enim consequuntur se. Tum, quia nec ex parte potentia intellectiva, nec ex parte objecti id repugnat: Tum, quia non est major identitas physica inter animal & rationale, quam inter naturam & paternitatem; Ergo si hæc præscindunt objectivè, etiam illa præscindunt.

Admissi etiam easdem præcisiones in Divinis, propter dicenda infra. Quod attinet ad creatam, admissi illas non nisi inter rationes communes, & quarum una non est definitio alius, sed non admissi inter rationes restrictas. Sic v. g. animal si spectetur ex vi Essentia suæ præscindit à rationali: ratio enim communis illius, non est ratio communis hujus, nec definitiva illius; sed animal restrictè acceptum non præscindit: animal enim restrictè acceptum est v. g. Petrus, prout est principium actuum sensandi, & rationale est ipse Petrus, prout est principium actuum ratiocinandi; Petrus autem & Petrus, à se ipso non præscindit. Idem etiam dicendum est de Attributis, quod scilicet secundum rationes communes Justitia non sit Misericordia, & è converso; cæterum Justitia Dei restrictè accepta non præscindit ab Essentia: sic enim sumpta, est ipsa Essentia, prout est principium actuum Justitiæ; Essentia autem à se ipsa, sub formalitate Essentia, non præscindit.

Notionalia quæ talia, etiam accipiendi illa non secundum rationes communes, præscindunt objectivè ab Essentia. Ratio, quia notionalia quæ talia, dicunt distinctionem virtuale in ordine ad prædicata etiam physica; Ergo multò magis ad intentionalia; immo si notionalia quæ talia, non præscinderent objectivè, hoc ipso essent aliquid commune, adeoque hoc ipso non notionale. Fusius & in Divinis, & in Creatis probavimus ibidem dari præcisiones objectivas, *Insper se*

DIFFICULTAS I.

Probatur dari Præcisiones objectivas in Divinis.

IN Logica utebamur hoc etiam argumento ad probandum præcisiones objectivas in Divinis. Quando dicitur, intellectus generat, vel ex parte objecti respondet voluntas, vel non respondet? Si non respondet, dabuntur præcisiones objectivæ; Si respondet, ergo voluntas generat, quod non potest dici.

RESPONDETUR. Hoc argumentum non totaliter convincere: reperiuntur quidem locutiones Patrum, quæ negant voluntatem generare, sed dantur alii Patres, qui dicunt voluntatem generare, quod priores attinet, tale est Tolet. II. *Non est, inquit, credendum, quod Pater voluntate Filium genuerit, nec quod voluntas sapientiam produxerit.* Similia habet Smyrnenſe can. 21. Augustinus